Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

et male. Et erit fortitudo eorum in dis
ruptionem. et domus eorum in desum.
Et edificabunt domos. et non ha
bitabunt. et plantabunt vineas.
et non bibent vinum earum. Juxta est
dies domini magnus. iuxta. et ve
lox nimis. Vox diei domini amara.
tribulabor ibi fortis. Dies ire. dies
illa. dies tribulationis. et angus
tie. dies calamitatis. et miserie. dies
tenebrarum. et caliginis. dies nebule et
turbinis. dies tube et clangoris. ci
uitates munitas. et super angulos
excelsos. Et tribulabo homines et
ambulabunt ut cecci. quia domino
peccaverunt. et effundetur sanguis eorum
sicut humus. et corpora eorum sicut ste
cora. Aurum et argentum eorum non
poterit liberare eos in die ire domini. In
igne zeli eius devorabor omnis terra.
Quia consumationem cum festinatione
faciet omnibus habitantibus terram. ii

Quoniam congregamini
gens non amabilis. priusquam
pariat iussio qui pulvis
transeuntem diem. antequam veniat
super vos ira furoris domini. Quere
dominum omnes mansueti ma
nsueti terre. qui iudicium domini estis
operati. querite iustitiam. querite mansue
tudinem. si quomodo abscondamini in
die furoris domini. quia gaza de
structa erit. et ascalon in desertum.
Azotum in meridie eicient. et ac
caron eradicabor. Ve qui habitatis
funiculum maris. gens peditorum. Ver
bum domini super vos chanaan.
terra philistinorum. et disperdam te. ita
ut non sit inhabitator. Et erit fini
culus maris. pascua pastorum. et
caule pecorum. Et erit funiculus eius
qui remanserit in domo iuda. Ibi
pascent in domibus ascalonis. ad
vesperam requiescent. quia visitabit
eos dominus deus eorum. et avertet
captivitatem eorum. audivi obpro
brium moab. et blasphemias filio
rum ammon. quae exprobraverunt populo
meo. et magnificati sunt super fi
nibus eorum. Propterea vivo ego dicit
dominus exercituum deus israel. quia
moab sicut sodoma erit. et filii ammon
sicut gomorra. Sicitatis spinarum. et
aceruus salis. et desertum usque in eternum.
Reliquiae populi mei diripient il
los. residuum gentis mee possidebit
illos. Hoc enim eveniet eis. pro superbia. quia blasphemaverunt. et mag
nificati sunt super populum domini exercituum. Horribilis dominus super
eos. et attenuabit omnes deos terre.
Et adorabunt eum viri de loco suo. omnes insule gentium. Et vos
etiopes interfecti gladio meo estis.
Et extendet manum suam super
aquilonem. et perdet assur. et ponet
speciosam in solitudinem. et in
aridam sicut desertum. Et accubabunt
in medio eius greges. omnes bestie
gentium. Et bonetalus. et ericius
in liminibus eius pernoctabunt. Vox
cantantis in fenestra. corvus in super
liminari. quia cedro attenuabo robur
eius. Hec est civitas gloriosa. habitans
in fiducia. que dicebat in corde
suo. Ego sum. et extra me non est
alia amplius. Quomodo facta est in
desertum cubile bestiis. Omnis qui
transit per eam sibilabit. et movebit
manum suam. Caplm. iii

Ve pecuniatx. et redempta
ciuitas columba. non
audivit vocem. et non
suscepit disciplinam. In deo non